



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1606. usque ad annum 1610

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1776**

**VD18 90118820**

§. 117. Variæ Decisiones jussu Summi Pontificis emanatæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67222](#)

Sæc. XVII. hanc in rem sermone omnes hortabatur,  
A.C. 1610. ut eleemosynis, jejunis, ac orationibus Spiritus Sancti gratiam implorarent. Porro convocabantur ad vigesimam primam præfati Mensis diem omnes, quotquot Romæ agebant, Cardinales, Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi, Sedis Apostolicæ Notarii, Auditores, necnon Magister Sacri Palatii, Secretarii & Promotor Fiscalis, quibus præsentibus Pontifex cunctorum suffragia colligi jussit, demum vero de vita & miraculis Beati Caroli tam luculenter differuit, ut nemine refragante omnes eum Sanctorum honoribus dignum & pertis eorum suffragiis censerent. Tandem die prima Novembris Papa Beatum hunc Cardinalem Sanctorum Confessorum ac Pontificum albo, consueta solemnitate adscripsit, ejusque festum quotannis die quarta ejusdem Mensis celebrari præcepit: Huic suæ Constitutioni triginta tres Cardinales subscripsos legimus.

## §. CXVII.

*Variae Decisiones jussu summi Pontificis emanatae.*

*Decret. S. Congr Rit. Decis. SS. Cong. Concil. & Epist.* Pleraque etiam dubia, quæ circa variros Ecclesiæ ritus occurrabant, hoc anno summi Pontificis auctoritate decisæ.

cisa ac declarata habentur, & primo Sæc. XVII.  
 quidem Sacra rituum Congregatio die A. C. 1610.  
 vigesima tertia Januarii decidit, quod  
 S. Reliquias in supplicationibus defer-  
 fe pertineat ad Priorem Conventus,  
 unde eæ sumuntur, in ejusmodi tamen  
 processione Regulares digniorem locum  
 Clero sacerdotali cedant, die autem sexta  
 Martii eadem Congregatio declarabat,  
 quod Canonici assistentes Episcopo præ-  
 cedant Generalem ejus Vicarium, sint  
 que ante ipsum incensandi, Protono-  
 tarii tamen Titulares non valeant su-  
 mere Paramenta de Altari pro Missa,  
 sed in Sacristia: Pariter die octava Maji  
 orto dubio Sacra Concilii Congregatio  
 decidebat, quod Confessarii ab Episcopo  
 approbati sive sint Regulares sive sæ-  
 culares nullo pacto valeant Confessio-  
 nes excipere extra Diæcesin Episcopi  
 approbantis, et si confitentes sint eidem  
 Episcopo subiecti: decisum quoque die  
 Vigesima secunda ejusdem Mensis, quod  
 Episcopus ad Lectiones Theologicas pos-  
 sit quidem Dignitates & Canonicos hor-  
 tari, non tamen cogere: Rursus die  
 decima Junii S. Episcoporum Congre-  
 gatio contra quasdam Neapolitanas Mo-  
 niales declarabat, quod licet eis sit  
 concessum altare privilegiatum cum ea  
 clausula: *ut ad illud quisunque Sacerdos  
 celebraturus sit &c. his verbis Ordinario*

Mm 2

nil

Sæc. XVII. nil sit derogatum, quin prohibere va-  
 A. C. 1610. leat, ne quis sine ejus licentia ibi ce-  
 lebret. Præterea in eadem Congrega-  
 tione die vigesima quinta ejusdem Men-  
 sis, declaratum est, quod si quis certo  
 sciat, datam sibi facultatem excipiendi  
**Confessiones**, tutus sit in conscientia,  
 et si Episcopus dicat, se non memini-  
 se: si vero dubius sit de facultate sibi  
 concessa, curet, ut ab eo absoluti ite-  
 rent **Confessiones**, ipse vero deinceps  
 abstineat ab audiendis **Confessionibus**  
 absque nova Episcopi Licentia: pari-  
 ter die secunda Octobris decisum est,  
 quod Nuptias benedicere non valeant  
 Canonici, sed tantum Archipresbyter,  
 qui est Curatus: tandem dubio in Ur-  
 bevetana civitate exorto die vigesima  
 Novembris a S. Rituum Congregatione  
 declaratum, quod nullo modo conve-  
 niat, ut Magister Capellæ in supplica-  
 tionibus incedat cum Beneficiatis, sed  
 incedat cum suis Cantoribus immediate  
 ante ipsos Beneficiatos, vel in loco  
 per Episcopum assignando.

### §. CXVIII.

*Cynthii Aldobrandini Cardinalis  
obitus.*

*Ciacon. ad  
vitam  
Clem. VIII.*

Primam hujus anni diem Purpurato-  
 rum Collegium [non sine planctu-  
 auspi-